



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 87. Guisii Ducis Vidua sibi ob Mariti sui cædem satisfieri postulans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI. ejus conservatione sanguini proprio non
A.C. 1589 parafuros ad disturbandos eorum cona-
 tus, qui clam, & aperte eam oppug-
 nant, & feftarium virus in hoc regno
 fovent: præterea fpondebant, fe Urbis
 etiam Parifiensis fecuritati, ac aliarum
 unitarum civitatum faluti, quantum
 in ipsis efflet, ac populi levamini con-
 fulturos, atque adverfus quemcunque
 nulla habita perfonarum, aut dignitatis
 ratione Principes, Proceres, Præful-
 les, aliosque, qui huic deinceps unio-
 ni accederent, tutaturos, ac privile-
 gia, libertatesque trium Regni Ordinum
 defenfuros: infuper jurabant, fe vim
 eorum, qui nuper publicam fidem, im-
 munitates, ac libertates Ordinum in
 comitiis violarint, captis, & interfectis
 Principibus, aliisque Catholicis, re-
 pulfuros, & viam juris ob tantum cri-
 men adverfus auctores, confcios, com-
 plices, & eorum fautores adhibituros,
 neque ab hac foçietate deinceps difcef-
 furos, nec ullum foedus, aut pacem,
 nifi de communi Principum, Proce-
 rum, Præfulum, ac civitatum pro Re-
 ligionis cauffa unitarum confenfu, fa-
 cturos.

§. LXXXVII.

*Guifii Ducis Vidua fibi ob Mariti fui
 cædem fatisfieri poftulans.*

Post-

Postquam omnes Præsides, Consiliiarii, Sæcul. XVI.
 alique tum præsentes, atque al- A.C. 1588.
 tera die etiam Advocati, & Procura- Thuan. l. 94.
 tores hoc juramento sese obstrinxerant, Davil. l. 10.
 Bastonus ex foederatis unus, homo ob-
 vafritiem suam clarus, ut insigniori fa-
 cinore hac in occasione ceteris eminere
 videretur, vena sibi cultello aperta huic
 juramenti formulæ proprio suo san-
 guine subscripsit: porro postea hujus
 sacramenti lege Guisii Ducis vidua no-
 mine Catharina Clivia impellebatur, ut
 die trigesima prima Januarii in pleno
 Senatu compareret, & de nefanda Du-
 cis Mariti sui, ejusque Fratris Cardi-
 nalis cæde ultionem, poenamque sumi
 peteret: cum ergo Curiis una congregatis
 hujus Ducissæ libellus prælegere-
 tur, duo Senatores pro discutienda
 hac causa nominabantur, hujus rei
 cognitione ceteris omnibus Judicibus
 interdicta: illi autem Deputati erant
 Petrus Michon, & Joannes Curtinus:
 equidem clausula, qua omnes reliqui
 Judices de hac causa cognoscere pro-
 hibebantur, ideo erat expressa, quia
 Rex eodem tempore Blesis in Lotha-
 ringiæ Principes judicii acta instrui,
 hancque in rem pariter Deputatos no-
 minari jusserat: eapropter Ducissa alte-
 rum libellum porrigere cogebatur, ut
 a judicio Blesis ferendo provocaret.
 Verum

Sæcul. XVI. Verum Curia in hujus Ducissæ favo-
A C 1589. rem suam pronuntiabat sententiam.

§. LXXXVIII.

*Miserrimus Franciæ Status eo
 tempore.*

Davil. i. 10. Insuper ceteræ Gallici Regni Urbes
 brevi Parisiensium exemplum seque-
 bantur, atque intra exiguum tempore
 spatium tumultuum flammæ continuatæ
 veluti incendio universam Franciam in-
 vadebant: præterea ubique loca prius
 deserta munimentis firmantur, ea au-
 tem, quæ jam munita erant, occupan-
 tur, in carceres traduntur divites, ipsi
 etiam popularibus bona sua eripiuntur,
 cunctaque nec habita justitiæ ratione,
 spretaque juris, aut jurisdictionis reli-
 gione sus, deque vertuntur: interrup-
 pitur commercium, obsidentur viæ, ad
 arma conclamant Nobiles, populus
 atque Ecclesiastici a militibus vexan-
 tur sub prætextu, quod aut Calvinistæ
 vel regis partibus addicti essent, aut
 sacræ unioni adscripti, ac fœderati fo-
 rent: denique una omnes furente infa-
 nia correpti ad communem patriæ rui-
 nam cunctis viribus concurrunt.

§. LXXXIX